

10.) A. 1759. castrum vicumque Altburg cum viculo Weltenschwan prope urbem Calw ab Alexandro de Bouwinghausen accepta summa 19000 fl. Duci pariter resignatum.

11.) A. 1773. Praedium equestre in vico Schwieberdingen praefecturae Groeningensis, quod fratres de Walbrunn Duci pretio 80000 fl. vendiderunt, cessa simul à Pago equestri ad Nicrum parte sua collectarum in locum earum, quas monasterium Hirsaugiense antehac in vico Everdingen perceperat. Praefertim

12.) Dux aliam atque aliam partem Comitatus Limpurgensis comparavit. Et primum quidem Limpurgo - Gaildorfensem, quam Principes feminae Saxo-Rodanae, Ducissa modo Mecklenburgensis, et Princeps haereditaria Schwarzburgensis A. 1780. quantum ad semifem portionis suae Wurmbrandensis pertinuit, i. e. ad quartam totius partem, pretio 162400 fl. Duci venunderunt. Deinde

Dux partem Limpurgo - Schmidelfeldensem, nimirum integram dynastiam Schmidelfeld cum vicis adpertinentibus, quam in divisione ditionum Limpurgo-Sontheim - Schmidelfeldensium a. 1774. linea